



Co-funded by the
Erasmus+ Programme
of the European Union



EULALIA

European Latin Linguistic Assessment

Erasmus+ Strategic Partnership for Higher Education (2019-2022)
(2019-1-IT02-KA203-062286)

<https://site.unibo.it/eulalia/en>

**O3: European Latin Language Certification – Higher
intermediate level**

**Methodological and Pedagogical Tools
Test B1 (without Translation Competencies)**

(Spanish Version: 27.09.2022)

Project Coordinator:

Alma Mater Studiorum – University of Bologna (Italy)

Project Partners:

University of Köln (Germany)

Catholic University of the Sacred Heart – Milan (Italy)

University of Rouen (France)

University of Salamanca (Spain)

University of Uppsala (Sweden)



The European Commission's support for the production of this publication does not constitute an endorsement of the contents, which reflect the views only of the authors, and the Commission cannot be held responsible for any use which may be made of the information contained therein.

Aprobado con el 75%: 30/40; al menos 2 tanto en el ejercicio 5 como en el 6

Quod Cicero dicturus est de perfecto oratore

Cicero fratri Quinto explicat quid optimo oratori cognoscendum sit. Graeci scilicet artem dicendi perfecte didicerunt et docuerunt, sed, quia Graecorum libri omnibus noti sunt, referre oportet quod illustrissimi viri Romani de perfecto oratore locuti sunt. Itaque sermo refetur qui inter se habuerunt L. Crassus, Q. Mucius et Q. Antonius, C. Cotta et P. Sulpicius Tuscoli, in Crassi domo, anno XCI, cum, Philippo consulatum suum pro populo gerente, Drusus qui tribunus plebis factus erat ad senatus auctoritatem defendendam, minus fortis fuit.

1	Ac mea quidem sententia nemo poterit esse omni laude cumulatus orator, nisi erit omnium
2	rerum magnarum atque artium scientiam consecutus. (...). Oratio, nisi res est ab oratore
3	percepta et cognita, inanem quandam habet elocutionem et paene puerilem. Neque vero ego
4	hoc tantum oneris imponam nostris (...) oratoribus (...) nihil ut eis putem licere nescire,
5	quamquam vis oratoris professioque ipsa bene dicendi hoc suscipere ac polliceri videtur, ut omni
6	de re, quaecumque sit proposita, ornate ab eo copioseque dicatur. Sed quia non dubito quin hoc
7	plerisque immensum infinitumque videatur, et quod Graecos homines non solum ingenio et
8	doctrina, sed etiam otio studioque abundantis partitionem iam quandam artium fecisse video
9	—neque in universo genere singulos elaborasse, sed seposuisse a ceteris dictionibus eam partem
10	dicendi, quae in forensibus disceptationibus iudiciorum aut deliberationum versaretur, et id unum
11	genus oratori reliquisse — non complectar in his libris amplius, quam quod huic generi re
12	quaesita et multum disputata summorum hominum prope consensu est tributum; repetamque
13	non (...) quendam ordinem praeceptorum, sed ea, quae quondam accepi in nostrorum hominum
14	eloquentissimorum et omni dignitate principum disputatione esse versata; non quo illa
15	contemnam, quae Graeci dicendi artifices et doctores reliquerunt, sed cum illa pateant in
16	promptuque sint omnibus, neque ea interpretatione mea aut ornatus explicari aut planius
17	exprimi possint, dabis hanc veniam, mi frater (...), ut eorum, quibus summa dicendi laus a nostris
18	hominibus concessa est, auctoritatem Graecis anteponam.
19	Cum igitur vehementius inveheretur in causam principum consul Philippus Drusique tribunatus
20	pro senatus auctoritate susceptus infringi iam debilitarique videretur, dici mihi meminisse ludorum
21	Romanorum diebus L. Crassum quasi conligendi sui causa se in Tusculanum contulisse; venisse
22	eodem, socer eius qui fuerat, Q. Mucius dicebatur et M. Antonius, homo et consiliorum in re
23	publica socius et summa cum Crasso familiaritate coniunctus. Exierant autem cum ipso Crasso
24	adulescentes et Drusi maxime familiares et in quibus magnam tum spem maiores natu dignitatis
25	suae conlocarent, C. Cotta, qui [tum] tribunatum plebis petebat, et P. Sulpicius, qui deinceps eum
26	magistratum petiturus putabatur.

Glossarium

I. 1	Cumulatus	Perfectus
I. 2	Res est ab oratore percepta	Rem orator didicit
I. 3	Elocutio, -onis, f	Sermo, -onis m.

I. 3	Puerilem	Talem quae ad pueros pertineat
I. 5	Professio	Ars
I. 6	Ornate ab eo copioseque dicatur	Bene ab eo dicatur
I. 7	Infinitum	Sine finibus
I. 8	Doctrina, -ae, f.	Sapientia, -ae, f.
I. 8	Abundantis = abundantes	Pleni
I. 8	Partitionem iam quandam artium fecisse	Iam artes divisisse
I. 9	Elaborasse	Versatos esse
I. 9	Seposuisse	Divisisse
I. 9	Dictio, -onis, f.	Sermo, -onis, m.
I. 10	In forensibus disceptationibus iudiciorum aut deliberationum	In iudiciis et consiliis
I. 11-12	Re multum disputata	Re de qua multum locutum est
I. 12	Summorum hominum consensu	Clarissimorum hominum sententia
I. 14	Disputatio, -onis, f	Actio, -onis, f.
I. 15	Dicendi artifices et doctores	Qui artem dicenti bene cognoscunt
I. 16	Ornatius	Melius
I. 16	Planius	Clarius
I. 18	Anteponam	Praeferam
I. 19	Cum igitur vehementius inveheretur in causam principum	Cum igitur fortius aggrederetur causam principum
I. 19	Tribunatus, -us, m.	Officium tribuni plebis
I. 20	Infringi	Frangi
I. 20	Debilitari	Minus fortis fieri
I. 22	Socer	Uxoris pater
I. 23	Familiaritas, -tatis, f.	Amicitia, -ae, f.
I. 24	Adulescens, -scentis, m.	Iuvenis, -is, m.
I. 24	Familiares	Amici
I. 25	Deinceps	Deinde

1. Elija el resumen correcto (3)

- a. Ciceronis sententia oratorem hominem doctum esse oportet, sed omnia scire non potest. Graeci in libris suis optime scripserunt de artis dicendi parte quae in iudiciis et consiliis utilis est; eadem cognoscenda est oratori. Cicero autem non vult Graecorum verba referre, non quia eorum praecepta contemnit sed quia omnes eorum libros legere possunt neque Ciceronis sermo eos melius explicare potest; auctor autem mavult virorum clarorum Romanorum verba referre. Quia, Philippo consule, Crassus et aliquot amici eius Tusculum iverunt et omnes amici cum eo de perfecto oratore locuti sunt, Cicero eorum sermones in libro suo scripturus est.
- b. Ciceronis sententia oratorem hominem doctum esse oportet, quia omnia ei scienda sunt. Graeci in libris suis optime scripserunt de arte dicendi parte quae in iudiciis et consiliis utilis est, sed eadem non sufficit oratori. Cicero autem non vult Graecorum verba referre quia eorum praecepta contemnit et etiam omnes eorum libros legere possunt. Auctor autem mavult virorum clarorum Romanorum verba referre. Quia, Philippo consule, Crassus et aliquot amici eius Tusculum iverunt et omnes amici cum eo de perfecto oratore locuti sunt, Cicero eorum sermones in libro suo scripturus est.
- c. Ciceronis sententia oratorem hominem doctum esse oportet, sed omnia scire non potest. Graeci in libris suis optime scripserunt de artis dicendi parte quae in iudiciis et consiliis utilis est, eadem autem non sufficit oratori. Cicero non vult Graecorum verba referre, non quia eorum praecepta contemnit sed quia omnes eorum libros cognoscere non possunt neque Ciceronis sermo eos melius

explicare potest; auctor autem mavult virorum clarorum Romanorum verba referre. Quia, Druso consule, Crassus et aliquot amici eius Tusculum iverunt et omnes amici cum eo de perfecto oratore locuti sunt, Cicero eorum sermones in libro suo scripturus est.

- d. Ciceronis sententia oratorem hominem doctum esse necesse non est quia omnia scire non potest. Graeci in libris suis optime scripserunt de artis dicendi parte quae in iudiciis et consiliis utilis est; eadem cognoscenda est oratori. Cicero autem non vult Graecorum verba referre, non quia eorum praecepta contemnit sed quia omnes eorum libros cognoscere non possunt neque Ciceronis sermo eos melius explicare potest; auctor autem mavult virorum clarorum Romanorum verba referre. Quia, Druso consule, Crassus et aliquot amici eius Tusculum iverunt et omnes amici cum eo de perfecto oratore locuti sunt, Cicero eorum sermones in libro suo scripturus est.

2. Elija si las siguientes afirmaciones son correctas o incorrectas o no se pueden responder (8)

	Verum	Falsum	Non liquet
1. Cicero putat oratori omnes artis dicendi partes notas esse oportere			
2. Graeci artis dicendi partem quae ad forum et ad senatum pertinet			
3. Cicero vult praecepta quae a Romanis didicit clare scribere			
4. Ciceronis sententia Graecorum libri legendi non sunt			
5. Ciceronis alios libros de dicendi arte scripsit			
6. Crassus Tusculum ivit quia Roma fugerat			
7. Cum Crassus et eius amici inter se loquuntur, Crassus praetor est			
8. M. Antonius Crassi uxoris pater erat			

3. Elija las respuestas correctas (8)

- A. Ciceronis sententia, quis est optimus orator?
- Qui tantum artem dicendi neque ullam aliam artem noscit
 - Qui omnes artes et etiam philosophiam perfecte noscit
 - Qui artis dicendi partem qua in iudiciis et consiliis utitur noscit
 - Qui Romanorum et Graecorum praecepta de arte dicendi noscit
- B. Quid ars oratoris videtur promittere?
- Ea videtur promittere oratorem de omni re bene loqui posse
 - Ea videtur promittere oratorem Graecorum libros de arte dicendi cogniturum esse
 - Ea videtur promittere oratorem tantum in foro arte dicendi usurum esse
 - Ea videtur promittere oratorem in senatu locuturum esse
- C. Cur Cicero Graecorum verba de arte dicendi referre non vult?
- Quia utilia non sunt
 - Quia peiora sunt Romanis
 - Quia clariora non fiunt ipsius interpretatione
 - Quia ea a Crasso et aliis eius amicis relata sunt

- D. Cur Cicero Crassi et eius amicorum verba referre mavult?
- Quia Cecero ipse cum iis de arte dicendi locutus est
 - Quia nemo verba eorum novit
 - Quia omnes Romani putant eos laudandos esse
 - Quia eorum verbis praecepta sua adiungere potest
- E. Cur Crassus ludorum Romanorum diebus Romam relinquit?
- Quia ludos odit
 - Quia fessus fuit
 - Quia Drusus eum interficere voluit
 - Quia consul eum expulit
- F. Quis est M. Antonius?
- Qui tribunus plebis futurus est
 - Qui Crassi uxoris pater fuit
 - Qui cum Crasso amicitiam fecit
 - Qui Philippum consulem secutus est
- G. Quis est Cotta?
- Unus ex Crassi inimicis
 - Unus ex consulis amicis
 - Unus ex Drusi amicis
 - Unus ex Q. Mucii inimicis
- H. Quis est Sulpicius?
- Iuvenis qui contra Drusum magistratum suum gessit
 - Iuvenis qui contra Philippum magistratum suum gessit
 - Iuvenis qui post Cottam tribunatum plebis fortasse petiturus est
 - Iuvenis qui cum Cotta tribunatum plebis petiturus est

4. Elija el mejor sinónimo de acuerdo con el texto (8)

- | | |
|---|--|
| <p>A. L. 3. <i>Inanem</i> significa:</p> <ol style="list-style-type: none"> Vanam Mitem Iniquam Brevem | <p>E. L. 12: <i>Tributum est</i> significa:</p> <ol style="list-style-type: none"> Habitu est Captum est Datum est Divisum est |
| <p>B. L. 4 <i>Oneris</i> significa:</p> <ol style="list-style-type: none"> Imperii Auctoritatis Laboris Copiae | <p>F. L. 17 <i>Exprimi</i> significa:</p> <ol style="list-style-type: none"> Putari Dici Legi Premi |
| <p>C. L. 7 <i>Ingenio</i> significa:</p> <ol style="list-style-type: none"> Natura Vi Corde Lege | <p>G. L. 20: <i>Susceptus</i> significa:</p> <ol style="list-style-type: none"> Acceptus Deceptus Praeceptus Exceptus |
| <p>D. L. 11 <i>Genus</i> significa:</p> <ol style="list-style-type: none"> Naturam Disciplinam Materiam Speciem | <p>H. L. 20 <i>Memini</i> significa:</p> <ol style="list-style-type: none"> Scio Recordor Puto Novi |

5. Elija las respuestas correctas (8):

- A. L. 1 *Nisi* introduce la oración condicional:
- a. de un período hipotético de primer tipo (real)
 - b. de un período hipotético de segundo tipo (potencial o posible)
 - c. de un período hipotético de tercer tipo (irreal)
 - d. de un período hipotético mixto
- B. L. 3 *Quandam* es:
- a. un pronombre demostrativo
 - b. un adjetivo demostrativo
 - c. un pronombre indefinido
 - d. un adjetivo indefinido
- C. L. 5: *Quamquam* introduce:
- a. una oración temporal
 - b. una oración causal
 - c. una oración concesiva
 - d. una oración de relativo
- D. L. 5: *Ut* introduce:
- a. una oración temporal
 - b. una oración completiva
 - c. una oración consecutiva
 - d. una oración final
- E. L. 10: *Dicendi* es:
- a. un gerundio
 - b. un gerundivo (participio) predicativo
 - c. un gerundivo (participio) atributivo
 - d. un participio concertado
- F. L. 11: *Quam* es:
- a. un pronombre relativo
 - b. un pronombre indefinido
 - c. un pronombre interrogativo
 - d. un adverbio
- G. L. 11: *Quod* es:
- a. un pronombre relativo nominativo
 - b. un pronombre relativo acusativo
 - c. una conjunción
 - d. un adjetivo indefinido
- H. L. 21: *Se* es:
- a. un acusativo singular masculino
 - b. un ablativo singular masculino
 - c. un acusativo plural masculino
 - d. un ablativo plural masculino

6. Transforme las frases del texto (8)

- A. L. 3-4: Neque vero ego hoc tantum oneris imponam nostris (...) oratoribus
Cicero dicit neque vero _____ hoc tantum oneris _____ nostris (...) oratoribus **(2)**
- B. L. 5: Quamquam vis oratoris (...) hoc suscipere ac polliceri videtur
Cum vis oratoris (...) hoc suscipere ac polliceri _____
- C. L. 21: Colligendi sui causa
Ut se _____
- D. L. 21-22: Venisse (...) Q. Mucius dicebatur
Dicebant _____ venisse
- E. L. 23-24: Exierant autem cum ipso Crasso adulescentes
Cicero non dubitat quin _____ autem cum ipso Crasso adulescentes
- F. L. 25-26: Qui deinceps eum magistratum petiturus putabatur
_____ deinceps eum magistratum _____ putabant



Co-funded by the
Erasmus+ Programme
of the European Union



EULALIA

European Latin Linguistic Assessment

Erasmus+ Strategic Partnership for Higher Education (2019-2022)
(2019-1-IT02-KA203-062286)

<https://site.unibo.it/eulalia/en>

**O3: European Latin Language Certification – Higher
intermediate level**

**Methodological and Pedagogical Tools
Test B1 (with Translation Competencies)**

(Spanish Version: 27.09.2022)

Project Coordinator:

Alma Mater Studiorum – University of Bologna (Italy)

Project Partners:

University of Köln (Germany)

Catholic University of the Sacred Heart – Milan (Italy)

University of Rouen (France)

University of Salamanca (Spain)

University of Uppsala (Sweden)



The European Commission's support for the production of this publication does not constitute an endorsement of the contents, which reflect the views only of the authors, and the Commission cannot be held responsible for any use which may be made of the information contained therein.

Tiempo: 1 h

Traduzca de la línea 6 a la 18 (la sección en cursiva)

1	Ac mea quidem sententia nemo poterit esse omni laude cumulatus orator, nisi erit omnium
2	rerum magnarum atque artium scientiam consecutus. (...). Oratio*, nisi res est ab oratore
3	percepta et cognita, inanem quandam habet elocutionem et paene puerilem. Neque vero ego
4	hoc tantum oneris imponam nostris (...) oratoribus (...) nihil ut eis putem licere nescire,
5	quamquam vis oratoris professioque ipsa bene dicendi hoc suscipere ac polliceri videtur, ut omni
6	de re, quaecumque sit proposita, ornate ab eo copioseque dicatur. <i>Sed quia non dubito quin hoc</i>
7	<i>plerisque immensum infinitumque videatur, et quod Graecos homines non solum ingenio et</i>
8	<i>doctrina, sed etiam otio studioque abundantis partitionem iam quandam artium fecisse video</i>
9	<i>— neque in universo genere singulos elaborasse, sed seposuisse a ceteris dictionibus eam partem</i>
10	<i>dicendi, quae in forensibus disceptationibus iudiciorum aut deliberationum versaretur, et id unum</i>
11	<i>genus oratori reliquisse — non complectar in his libris amplius, quam quod huic generi re quaesita</i>
12	<i>et multum disputata summorum hominum prope consensu est tributum; repetamque non (...)</i>
13	<i>quendam ordinem praeceptorum, sed ea, quae quondam accepi in nostrorum hominum</i>
14	<i>eloquentissimorum et omni dignitate principum disputatione esse versata; non quo illa</i>
15	<i>contemnam, quae Graeci dicendi artifices et doctores reliquerunt, sed cum illa pateant in</i>
16	<i>promptuque sint omnibus, neque ea interpretatione mea aut ornatius explicari aut planius exprimi</i>
17	<i>possint, dabis hanc veniam, mi frater (...), ut eorum, quibus summa dicendi laus a nostris</i>
18	<i>hominibus concessa est, auctoritatem Graecis antepoam.</i>
19	Cum igitur vehementius inveheretur in causam principum consul Philippus Drusique tribunatus
20	pro senatus auctoritate susceptus infringi iam debilitarique videretur, dici mihi memini ludorum
21	Romanorum diebus L. Crassum quasi conligendi sui causa se in Tusculanum contulisse; venisse
22	eodem, socer eius qui fuerat, Q. Mucius dicebatur et M. Antonius, homo et consiliorum in re
23	publica socius et summa cum Crasso familiaritate coniunctus. Exierant autem cum ipso Crasso
24	adulescentes et Drusi maxime familiares et in quibus magnam tum spem maiores natu dignitatis
25	suae conlocarent, C. Cotta, qui [tum] tribunatum plebis petebat, et P. Sulpicius, qui deinceps eum
26	magistratum petiturus putabatur.